

De subitanea morte & in diebus rogationū Sermo. xxviii.  
**I**lle scilicet paraclitus arguet mundū de peccato. Johā.  
 xvj. Quia hodie letania maior. i. rogationes maiores  
 celebrantur scilicet in die Marci contra mortem subitaneam  
 que inferret a deo multis pro peccato idcirco de subitanea  
 et indisposita seu improvisa morte que fit in graui peccato letali quod  
 terribilissimū huius vite est tria dicent. Primo quod penis deus hic  
 arguit homines. ille arguet. Secundo propter que peccata deus mortem sub  
 itaneam aliquando infligit ibi mundū. Tertio que remedia possunt adhiberi  
 contra subitaneam indispositam seu in mortali peccato mortem quod  
 notat ibi de peccato ut peccatum euadat. **Q**uantū ad primum notand.  
 Primo quod beatus Augustinus xxj. de ciui. dei dicit quod octo sunt genera  
 pena in legibus scilicet secularibus sic scribit. Tullius Et sunt videlicet  
 dampnū scilicet in temporalibus rebus mobilibus uel immobilibus / vincula  
 verbera. Ignominia. exiliū. talionis pena. seruitus & mors. **D**ez  
 quia omnes leges iuste a summo rege deo emanant originale dicente. x.  
 ad pylatum Joh. xix. Non haberes in me potestatem ullam nisi tibi  
 datum esset desuper Et ps. viij. Per me ait sapia reges impant / & le  
 gum conditores iusta decernunt. Idcirco deus eisdem sibi penis  
 peccatores in utroque homine plectere solet / dat enim aliquibus damna  
 in rebus temporalibus quoniam depauperant. Vinculat cum infirmitates infli  
 git corporis propter quas libere a loco moueri nequeunt. Verberat  
 cum in guerris uel fame terrarum homines perimit. Ignominiam in ali  
 quos sinit / quoniam supbiunt uel alios temerarie de publicis iudicant  
 quod tales in inhonesta publica facinora cadere permittit / sicut petrus  
 in periurium / salomonem in luxuriarum / & originem in errorem. Ex  
 ilium tribuit quoniam in tentationem desperationis uel inordinati timore  
 fluctuare permittit. Talionem dat / quoniam auaris qui sua pro deo dare  
 rennuunt pro malis maiora recipi dissimulat / quoniam in honorantes pen  
 tes in peruationem vite cadere iubet & sibi. Seruitutem pecunie  
 quoniam peccatores sub quibusdam mansiuis peccatis gemunt / ut est odiū. amor  
 hereos / uel amor pecunie inordinatus que restitui deberet / uel pro  
 manentia in impedimento matrimonij occulto. Mortem inferit  
 quoniam sordem in peccatis plus sordescere permittit. In legenda quoque de